

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Bellvm gallogrecvm. Ti. XI

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

LIBER

opimæq; præda Incubarēt: epulantes: ac ludibundos plerofq;
aut ubi essent præ poculis nescientes. Appius Pulcher iuadit: sic
cū sanguine & spiritu male partam reuoluere uictoriã. Ipse rex
Apulo equo ipositus cum subinde crapula: & capitis errore lap-
saret: captū sese uix & egre postquã exerectus ē didicit.

BELLVM GALLOGRECVM. TI. XI.

G Allogræciam quoq; Syriaci belli ruina conuoluit:
fuerant iter auxilia regis Antiochi: An fuisset cupi-
dus triūphi Manlius: an eos inuisos simulauerit du-
blum certe: negatus est uictori triūphus: q̄a causam
belli nō approbavit senatus/ Cæterū gens Gallogrecorū sicut
ip̄m nomen inditio ē: mixta & adulterata est: Reliquia Galloz
quibus etiam Brēno duce uastauerāt Græciam: mox orientem
secuti in media Asiã parte etiã sedere. Itaq; ut frugū semina mu-
tato solo degenerant: sic illa genuina feritas eorū/ Asiatica ame-
nitate mollita est. Duobus itaq; pl̄is fusi fatigatq; sunt: quãuis
sub aduentu hostis/ relictis sedibus: i altissimos se mōtes recep-
sent. Solostoglorū Tectosagiam infederāt: utriq; fundis sagit-
tisq; acti/ in perpetuam se pacem dederūt. Sed alligati miracu-
lo quodam fuere/ cū cathenas morsibus & ore tētallent cum of-
focandas inuicem fauces præbuissent. Nam Orgiagontis regis
uxor a Centurione stuprū passa: memorabili exemplo custodia
euasit. Reuulsūq; militis caput ad maritū suum rettulit.

BELLVM MACEDONICVM SECVN. TI. XII.

C Vm alia: aliãq; gentes Syriaci belli sequunt̄ ruinã:
Macedonia se rursus erexit: Fortissimum populum
memoria & recordatio sua nobilitatis agitabat: &
successerat Philippo filius Perse: q̄ semel in ppetuū
uictã esse Macedoniam nō putabat ex gentis dignitate: multo
uehementius sub hoc Macedones q̄ sub patre cōiurgunt/ Quip-
pe Thraces in ultres suas traxerāt. Atq; ita industria Macedonū: